

re formas nominum, cum pluralia fractorum ostendere velit, &
 nec enim plenè. De pluralibus fractis relinquere illorum ingen-
 tem conquerendi causam, quas nullis regulis satis certis limitata,
 nullo ambitu circumscripta, nisi amplissimo vastissimoque de-
 spirationis campo usus: cum & hæc contrahi queant, & aliquid
 arcani hic in nominibus pluralis fracti tractari, quod soluat reli-
 gione animos. De particulis tanquam separata parte orationis tra-
 ctare, cum illæ quæ separatae sint, nihil aliud sint ac nomina, & quæ
 inseparabiles, saltem literæ serviles. Ita nobis rem facimus per-
 plexiorem obstinati contra nos ipsos. Favete interea linguis,
 dum hoc sacrum tractamus, dum salebras spinasque tollimus, dum
 cruces viâ regiâ rejicimus ab aliis magno labore positas. Non,
 credant alii fieri non posse, quod ipsi facere nequeant, sperentque
 interea meliora, & læta mente, linguæque benefica adjumenta sua
 gratiis comitentur, quã ut obstrepant infaustarû avium more. Tace-
 ant, dum educimus linguam arabicam suo squalore, dum eripimus
 tot trepidorum animorum timori, consensuique difficultate dam-
 nantium. Nihil æquè proderit, quàm aliàs animo, aliàs spe,
 aliàs sumtibus collaborare, ut hic in publicum utilis labor quàm
 felicissimè prodire possit. Admoneat quæso vos, clarissimi viri,
 theologi admodum reverendi, orientaliumque linguarum & re-
 rum cultores, promotores, periti, mortalitatis meæ quoque,
 D. ANSLOO, amicus olim meus, magnitudine animi florentissi-
 mus, & nulli totius belgii civi secundus, quamprimum transgres-
 sus esset meam ætatem, qua jamsum, tricesimumque annum &
 alterum mensem reliquisset, his studiis turbine veluti ac procella,
 sic celeri & propensâ dei voluntate ereptus, intra octiduum vege-
 tus idem & mortuus. Quã propè & ego absum ab illâ metâ, si mea
 ejusque uno limite ætatis sit posita! possum intra quatuor menses
 mori, possum intra quatuor menses, dum vos urgere velitis, hoc
 admodum necessarium opus absolvere, dum velitis, ut sumptus
 imprimendo impendantur. Opus tale est, quod sub manibus, & dū
 imprimitur, crescere & conscribi & excudi potest. Accedo
 jam, ad methodum docendi discendique hanc linguam.